atque ita omnia prius à principio caneſcere. Multo enim imbecillior ab initio omnium calor eſt, quam eo tempore, quo eorum pili incipiunt inalbeſcere. Perſpicuum & hoc eſt in iis, quæ alba ſunt: ex iis enim quædam protinus ſunt colore candidiſſimo, quæcunque ſcilicet eorum plurimum habent à principio alimentum, neque inſitus illi humor ante tempus exareſcit: quæ progreſſu deinde ætatis, ξανθὰ, id eſt, flaua euadunt, parciore ſcilicet alimento poſtmodum in iis defluente. Quæ autem in ipſis quidem crepundiis flaua fiunt, poſtquam ad ætatis ſummum vigorem peruenerunt, candidiſſima: ſicut & auium colores rurſus transmutantur, alimento in ipſis deficiente. Et id ſanè patet: omnia enim hæc circa collum etiam flaueſcunt, & omnino omnia, quæ in ipſis rareſcunt, alimento in ipſis deficiente. Sed & hoc quoque planum eſt. Sicut enim rufum in album commutatur, & nigrum rurſus in rufum, eodem pacto & album in flauum. Contingit autem & hoc in plantis. Nonnullæ enim ex poſteriore concoctione iterum recurrunt in priorem. Et hoc præcipuè in malo punica compertum eſt, & hoc ipſum ab initio: acini enim fiunt puniceï: item & folia, ob paucitatem concocti elementi poſterius autem rurſus in herbaceum colorem transmutantur, multo alimento defluente, quum concoctio non poteſt eodem modo peruincere, poſtremò, alimento iam concocto, rurſus fit color puniceus. Vt autem in vniuerſum dicamus & de aliorum pilis & pennis, omnia commutationes accipiunt: hæc quidem (vt dictum eſt) alimento in ipſis deficiente, hæc autem ex aduerſo redundante, propter quod alia aliis temporibus ætatis candidiſſimos, aut nigerrimos habent pilos. Siquidem & coruorum pennæ poſtremo in colorem flauum transmutãtur, quum ſcilicet ab alimento deſtituuntur. Ex pilis autem nullus neque puniceum neque purpureum, neque praſinum, ſeu viridem, neque omnino alium huiuſmodi colorem habent: quoniam omnes huiuſmodi colores fiunt, admiſto ipſis Solis ſplendore. Pilis autem etiamnum humidis in carnis colore mutationes contingunt, & ipſi nullam admiſtionem capiunt. Id autem manifeſtum eſt: ex pennis enim, quæ generantur à principio, nulla eo modo fit, quo pili fiũt:

A καὶ μᾶλλον ἅπαντα πολιοῦσθαι κατ' ἀρχάς. πολὺ γὰρ ἁπάντων ἀπὸ γενέσεως [συστάσεως] ἀσθενέστερόν τι γίνεται τὸ θερμὸν, ἢ καθ' ὃν χρόνον ἄρχεται τὰ τριχώματα αὐτῶν λευκαίνεσθαι. φανερὸν δὲ τοῦτο ἐστὶ καὶ ἐπὶ τῶν λευκῶν. ἔνια μὲν γὰρ εὐθὺς ἔχει τὸ χρῶμα λευκότατον, ὅσα καὶ τούτων πλείστην ἔχει κατ' ἀρχὰς τὴν τροφὴν, καὶ μὴ πρὸ ὥρας ἐν αὐτῇ
B καταξηραίνεται τὸ ὑγρόν. προϊούσης δὲ τῆς ἡλικίας, ξανθὰ, τροφῆς αὐτοῖς ἐλάττονος ὕστερον ἐπιρρεούσης. τὰ δὲ, ἐν ἀρχῇ μὲν, γίνεται ξανθά· κατὰ δὲ τὴν ἀκμὴν, λευκότατα· καθάπερ καὶ τῶν ὀρνίθων μεταβάλλουσι τὸ χρῶμα πάλιν, τῆς τροφῆς ἐν αὐτοῖς ὑπολειπούσης. δηλοῖ δέ· πάντα γὰρ αὐτὰ γίνεται ξανθὰ, καὶ περὶ τὸν τράχηλον, καὶ ὅλως ὅσα σπανίζει τροφῆς τῆς ἐν αὐτοῖς [ὑγρασίας] ὑπολειπού-
C σης. δῆλον δέ. ὥσπερ γὰρ καὶ τὸ πυῤῥὸν, εἰς τὸ λευκὸν μεταβάλλει, καὶ τὸ μέλαν πάλιν εἰς τὸ πυῤῥὸν, οὕτω καὶ τὸ λευκὸν εἰς τὸ ξανθόν. συμβαίνει δὲ τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν φυτῶν. ἔνια γὰρ ἐκ τῆς ὑστέρας πέψεως, ἀνατρέχει πάλιν ἐπὶ τὴν προτέραν. μάλιστα δὲ τοῦτο καὶ ἐπὶ τῆς ῥοιᾶς φανερόν ἐστι. τὸ μὲν γὰρ ἐξ ἀρχῆς οἱ κόκκοι γίνονται φοινικοῖ, καὶ τὰ φύλλα, δι' ὀλιγότητα τῆς τροφῆς ἐκπεπεμμένης· ὕστερον δὲ πά-
D λιν μεταβάλλουσιν εἰς τὸ ποῶδες χρῶμα, πολλῆς τροφῆς ἐπιῤῥεούσης, καὶ τῆς πέψεως οὐ δυναμένης κρατεῖν ὁμοίως. τὸ τελευταῖον δὲ, πεπεμμένης ἤδη τῆς τροφῆς, πάλιν γίνεται τὸ χρῶμα φοινικοῦν. καθόλου δὲ εἰπεῖν, καὶ περὶ τῶν ἄλλων τριχωμάτων καὶ πτερωμάτων, ἅπαντα λαμβάνει τὰς μεταβολὰς, οἷς μὲν, (καθάπερ εἴρηται) τῆς τροφῆς ἐν αὐτοῖς
E ὑπολειπούσης, οἷς δὲ, τοὐναντίον πλεοναζούσης. διόπερ ἄλλα κατ' ἄλλους χρόνους τῆς ἡλικίας, καὶ λευκότατα καὶ μελάντατα γίνεται τῶν τριχωμάτων· ἐπεὶ καὶ τῶν κοράκων τὰ πτερώματα τὸ τελευταῖον εἰς τὸ ξανθὸν χρῶμα μεταβάλλει, τῆς τροφῆς ἐν αὐτοῖς ὑπολειπούσης. τῶν δὲ τριχωμάτων οὐδὲν οὔτε φοινικοῦν, οὔθ' ἁλουργὸν, οὔτε πράσινον, οὔτε ἄλλην οὐδεμίαν ἔχον τοιαύτην
F γίνεται χρόαν, διὰ τὸ πάντα τὰ τοιαῦτα χρώματα γίνεσθαι, μιγνυμένων αὐτοῖς τῶν τοῦ ἡλίου αὐγῶν, ἔτι δὲ τῶν τριχωμάτων τῶν ὑγρῶν, ἐντὸς τῆς σαρκὸς συμβαίνειν τὰς μεταβολὰς, καὶ μηδεμίαν αὐτὰ λαμβάνειν μίξιν. δῆλον δ' ἐστί· καὶ γὰρ τῶν πτερωμάτων, τὰ μὲν, ἐξ ἀρχῆς οὐδὲν γίνεται τῷ χρώματι τοιοῦτον,

ἀλλὰ